

VOTA ET MOTIVA IN PROCESSV IOANNIS DE ARCAS, SVPER APPREHENSIONE LOCI DE ALFOCEA.

DIE vigesimo mensis Martij, Anno à Natiuitate Dñi 1585. in Ciuitate Cæsaraugustæ, in Camara Regij Cõsilij Aragonum, interuenerunt, & fuerunt præsentes Magnifici Dñi Didacus Clauero Regens Cancellariam, in locum Dñi Vrbani Ximénez de Argues Regentis Cancellariam, Ioannes de Pueyo, Ludouicus dela Caualleria, Ioannes Ram Regij Consiliarij, & Hieronymus Perez de Nueros, etiam Regius Consiliarius extraordinarius, in processu inferius intitulato, in locum Magnifici Dñi Michaelis de Anchias Regij Consiliarij. Coram quibus, fuit possitus processus intitulatus Ioannis de Arcas, in Ciuitate Cæsaraugustæ domiciliati, super apprehensione; in quo dicti Consialiarij fuerunt voti, & opinionis. Quod atten. conten. &c. tenẽtur, & debẽt pronuntiare, & mandare fieri contenta, in propositione Iuratorum loci de Herrera, & Paschalij Catalan prin. Ioa. Villafranca proc. cum expensis iuribus suis durantibus: & eis finitis, fieri contenta in propositione Don Ludouici de Vrrea Proc. M. Antin Proc. respectu trium pensionum vltimo decursarũ, & pro tertia parte earum tantùm, vna cum expensis iuribus suis durantibus: & eis finitis, cõtenta in propositione Prioris, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ præsentis Ciuitatis prin. Do. Izquierdo proc. respectu trium pensionum vltimo decursarũ tantùm, vna cum expensis iuribus suis durantibus: & eis finitis, contenta in propositione Andreæ Ximeno prin. Hieronimi Garcia proc. respectu pensionum censualis anni 1543. tantùm iuribus suis durantibus: & eis finitis, cõtenta in pro

posi-

positione Abbatissæ, Monialium,& Conuentus de Casuas prin. eiusdem Hieronymi Garcia proc.cum expensis iuribus suis durantibus:& eis finitis,contenta in propositione Prioris, Canonicorum, Capituli Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari Do.Izquierdo proc. respectu quinque pensionum tantùm cum expensis iuribus suis durantibus: & eis finitis, conta in propositione prædicti Andreæ Ximino prin.Hieronimi Garcia proc. respectu censualis,anni 1550.tantùm,cum expensis iuribus suis durantibus: & eis finitis,contenta in propositione Hieronymi de Luna prin.B.Blles proc. cum expensis iuribus suis durantibus:& eis finitis,contenta in propositione Domnæ Annæ Beatricis de Vrrea,& de Torrellas,& Tutorum Domnæ Mariannæ de Alberuela,P.Bacarau proc. cum expensis iuribus suis durantibus:& eis finitis,contenta in propositione Don Ioannis de Arcas prin. Io. Iauar,& Ferdinandi de Peraman proc.cum expensis iuribus suis durantibus:& eis finitis,contenta in propositione Don Ioannis de Luna prin. Hieronymi Garcia proc.dempta pensione anni 1576.trecentorum solidorum Iaccensium,cum expensis iuribus suis durantibus: & eis finitis,contenta in propositione Don Petri de Aragon prin. Hier.Bal. proc. cum expensis iuribus suis durantibus : & eis finitis , ac durantibus solum iuribus D.Caroli Fernãdez de Heredia prin. A. Vazq. proc. contenta in propositione Don Ioannis Christophori de Yxar Comitis de Belchite,& Iustitiæ,Iuratorum, & Cõciliorum, Villarum,& Locorum de Yxar, Belchite, la Puebla de Yxar,& Vrrea de Ixar prin. Hier.Bax,& M.Cipres proc. respectu quantitatis nonaginta trium mille solidorum Iaccensium tantùm , cum expensis , etiam durantibus iuribus prædicti Don Caroli Fernandez de Heredia,contenta in propositione Don Petri de Aragon nomine proprio,& vt tutoris Don Ioannis de Aragon prin.Hier.Bax proc. respectu quantitatis decem & septem mille solidorum Iaccen.tantũ, cum expensis iuribus prædictorum creditorum respectiuè durantibus: & eis finitis,ac durantibus tantùm iuribus præ

fati

fati Don Caroli,contenta in propositione prædicti Andreæ Ximeno,& locorũ de Ola, y Blequa prin.Hier.Garcia proc. respectu quinque pensionum censualium Gabrielis Zapata in eadem propositione designat. & nouem pensionem postea decursarum ; & etiam respectu quantitatis comandæ, in fauorem Don Ioannis Fernandez de Heredia Comitis de Fuentes concessa tantum,cum expensis iuribus suis durantibus : & eis finitis, contenta in propositione Don Caroli Fernandez de Heredia prin. A. Vazquez proc.respectu iuris viduitatis foralis, iuribus suis durantibus : & eis finitis, contenta in propositione D. Francisci de Altarriba, & Alagon prin. Io.Iauar,& Pe.de Hipas Proc. præstita prius cautione forali respectiuè, & reseruat sua iura,reseruari supplicantibus,alijs propostitionibus oblatis reiectis,& repulsis, neutram partem in expensis demptis prędictis taxandis cõdemnando. EX EO præsertim,& aliàs,recipiuntur propositiones Iuratorum de Herrera, & Paschalij Catalan, Don Ludouici de Vrrea, Prioris, Canonicorum, Capituli Sedis Metropolitanæ præsentisCiuitatis,& aliorum,qui iure crediti in præsenti processu propositiones obtulerunt, vsq. ad propositiones, quæ durantibus Don Caroli Fernandez de Heredia recipiuntur: quoniam constat bona apprehensa per dominos,& possessores respectiue eorumdem fuisse obligata,& hypotecata,pro solutione pensionum dictorum censualium in dictis propositionibus recitatarũ, cum clausulis sufficientibus ad obtinendum in hoc iuditio,constat de legitima inclusione dictorum creditorum, & prout quisque prior est tempore,ita vt potiur iure aliud respectiuè perfertur,nõ autem recipiuntur propositiones dictorum Prioris, Canonicorum, & Capituli dictæ Sedis Metropolitanæ, & Don Ludouici de Vrrea,pro alijs anterioribus pensionibus haberi supplicatis;nam bona in præsenti processu apprehẽsa fuerunt etiã antea apprehẽsa per huiusmodi Regiã Audiẽtiã ad instãtiã Prioris,Canonicorũ,CapituliEcclesiæ Beatę Mariæ de Pilari dictæ Ciuitatis,in quo processu factis præconi

catio-

cationibus foralibus prædictæ partis, licet tunc ius efficax haberent ad petendū supradictis pēsionibus, illud facere om misserūt, nec super his suas propositiones, vel saltim cedulas reseruæ obtulerunt, vnde sibi præiudicarunt, ita vt de illis pensionibus in hoc processu aliqua ratio haberi non posit, nisi tantū de postea decursis, recipiuntur etiā propositiones aliorum creditorum durantibus iuribus dicti Don Caroli Fernandez de Heredia: & eis finitis propositio eiusdem Don Caroli, quoniam constat de matrimonio contracto inter dictum Don Carolum, & Domnam Isabelem Diez de Aux, dominā bonorum apprehensorum, dictamq. Domnam Isabelem mortuam esse, per cuius quidem mortem dictus Don Carolus de Heredia, in vim dispositionis foralis, & pactorum etiam dotalium, habet ius viduitatis in bonis apprehensis, quæ ad dictam Domnam Elisabetam Diez de Aux spectarunt, & cum idem Don Carolus Fernandez de Heredia, nomine proprio se suaq. bona obligauit ad ea soluendum, super quibus dictæ propositiones recipiuntur, & cum clausulis necessarijs ad obtinendum in huiusmodi articulo, merito dictis creditoribus, iuxta proprietatem temporis propositiones illorum recipiuntur durantibus iuribus eiusdem Don Caroli: & finitis iuribus dictorum creditorū, admittitur propositio dicti Don Caroli, pro suo iure viduitatis, nec datur prælatio inter dictos Don Ioannem Christophorum de Yxar Comitē de Belchite, Iustitias, Iuratos, & Concilia villarum, & locorum de Yxar, Belchite, la Puebla de Yxar, Vrrea de Yxar: & Don Petrum de Aragon nomine proprio, & vt turorem præfatum, quoniam comandæ in eorum respectiuè fauorem concessæ, vno, & eodem diæ confectæ fuerunt, nec de prioritate alterius constat, ex quo necessario debet concurrere, nec vnus alteri debet præferri. Recipitur autem propositio de Altarriba, reiecta propositione Domne Sperantiæ Diez de Aux, quoniam ex processu resultat, Domnam Elisabetam Diez de Aux, fuisse dominam bonorum apprehensorum, eaq. existente domina

dicto-

dictorum bonorum post mortem suam, & suorum filiorum, ac descēdentium vendidisse Petro de Altarriba, & post eius mortem prædicto Don Francisco de Altarriba appositis certis vinculis, conditionibus, & reseruationibus, ac pro certo precio, pro vt ex tenore dictæ venditionis apparet. Constat etiam dictam Domnam Elisabetam Diez de Aux ex matrimonio per eam contracto cum dicto Don Carolo Fernandez de Heredia, vnicum filium substulisse, videlicet Don Ludouicum Diez de Aux, qui mortuis iam prædictis Petro de Altarriba, & Domna Elisabeta Diez de Aux, eius matre, absque filijs legitimis, & naturalibus, ab hoc sæculo migrauit, per cuius quidem mortem deficiētibus descendentibus dictæ Domnæ Elisabetæ Diez de Aux, sublatoque de medio dicto Petro de Altarriba, ius efficax ad competēdum dicta bona, ita vt merito eidem fuerit recepta eius propositio, reiecta propositione Dñæ Sperantiæ Diez de Aux, quæ tanquam parens, & consanguinea propinquior dicti Don Ludouici Diez de Aux, abintestato petendit eidem debere succedere, nō enim est locus succesioni ab intestato, stante præfata venditione per dictam Domnam Elisabetam Diez de Aux concessa, & sicut idem Don Ludouicus Diez de Aux, non habens liberos de dictis bonis venditis per eius mortem testari non poterat, ita nec successorem in eis ab intestato habere, & licet præfata venditio verificata conditione censeatur, ac si a principio fuisset pura, nihilominus tamen recipiuntur propositiones illorum, quorum censualium, fuerunt etiam post concesionem dictæ venditionis confectæ, fauore enim censualium, in hoc Regno de consuetudine inductum reperitur, vt in articulo tenutæ attendatur, solum ad dominum, & possesionem obligantis tempore obligationis, & licet bona sint restitutionis subiecta, & propter asiduam, & quotidianam impositionē, & vsum illorum recipi publicè interfuit, quod in alijs obligationibus etiam priuilegiatis non obseruatur, ac proinde licet dictus Don Ludouicus Diez de Aux, extitens dominus bonorum

 norum

norum apprehenſorum ſe obligauerit in inſtrumentis comandarum, & indemnitatis illorum, quorum propoſitiones recipiuntur durantibus iuribus dicti Don Caroli Fernandez de Heredia, non tamen ita ſimpliciter recipiuntur dictæ propoſitiones, obſtante præfata venditione per eius matrē cōceſſa, ea enim purificata, obligationes, & hipotecę medio tempore factæ reſolbuntur: & ideo dumtaxat recipiuntur durante iure viduitatis dicti Don Caroli Fernandez de Heredia. Recipitur etiam propoſitio dicti Don Caroli, licet matrimonium poſt dictam venditionem cum dicta Domna Eliſabeta Diez de Aux contraxerit, quoniam cum dicta venditio poſt mortem dictæ Dñæ Eliſabetæ, & ſuorū filiorum, ac deſcendentium naturalium, & legitimorum, ac de legitimo matrimonio creatorū fuerit cōceſſa, ac proinde partes intellexerint per dictam D. Eliſabetam Diez de Aux, matrimonium eſſe contrahendum cenſetur, etiam per conſequens de lucro certari, id eſt, iure viduitatis foralis cogitaſſe, illudque permiſiſſe. Neq. prædictis obſtat, quod præfatus Petrus de Altarriba, pater eiuſdem Don Franciſci de Altarriba, poſt conceſsionem dictæ venditionis per dictam Domnam Eliſabetam Diez de Aux, factæ mediante inſtrumento publico, ſub diuerſis clauſulis concepto, recognouit & confeſſus fuit, venditionem ſibi factam fuiſſe ſimulatā, & renuntiauerit, aut caſſauerit in fauorem Domnæ Eliſabetis Diez de Aux ius ſibi competens, ſeu quod illud competere poſsit in vim dictæ venditionis; euidenter reſultat, iura quęſita ex dicta venditione ſupra dictis Petro de Altarriba, & Franciſco de Altarriba eius filio, eſſe diſtincta, & diuerſa, & diuerſis temporibus ea quæ principaliter competere, ac ſi in diuerſis venditionibus fuiſſent eiſdem cōceſſa, fuit enim vt dictum eſt, prefata venditio facta in fauorem Petri de Altarriba, & poſt eius mortem, & ſic ad tempus diuerſum in fauorē prędicti D. Franciſci de Altarriba, ipſiq. in eadem venditione ſępius appellantur emptores, ab eis tanquā emptoribus prędictis dicta D. Eliſabeta Diez de Aux venditrix fatetur

tetur se precium recipisse, vt rectè dici posit, venditionem factam Petro de Altarriba, esse diuersam à venditione facta eius filio, nec appellatione vnius altera comprehendi, vnde verificata conditione, in eadem venditione contenta, mortuoque eodem Petro de Altarriba emptore prędicto, constat ius competisse eidem Don Francisco de Altarriba eius filio, ad bona vendita ex propria persona, non autem ex iure à patre sibi transmisso, neque in vim emptionis paternæ, sed in vim propriæ emptionis post mortem Patris sibi factæ, cũ ergo iura fuerint distincta, & diuersa, potuit idem Petrus de Altarriba quamlibet recognitionem, & confesionem simulatam, facere respectu sui iuris tãtũ, absq. eo quod in aliquo remaneret lęssum, ius quęsitum dicto Don Francisco de Altarriba, vel aliquod pręiuditium eidem infertur, cum ex diuersis non fiat illatio, considerato igitur prędicto instrumento recognoscimenti per dictum Petrum de Altarriba, in fauorem dictæ Domnæ Elisabetæ Diez de Aux, concesso, ex eodem manifestè deprehenditur recognoscimentum, seu confesionem simulationis per eundem Petrũ de Altarriba factam, & alia in eodem instrumento contenta, & per eundem concessa fuisse, facta, & concessa respectu tantum iuris suæ personæ ex prędicta venditione quęsiti, seu quod potuit quęri, ita vt in prędicta recognitione, & simulationis confesione, & alijs per eum factis, & dictis non fuerit comprehensum, nec comprehendere voluit ius quęsitum dicto Don Francisco de Altarriba, quæ enim in dicto instrumento dicuntur, ita sunt relata ad personam, & ius venditionis factæ eidem Petro de Altarriba, vt de venditione facta, seu iure quęsito prędicto Don Francisco de Altarriba, & suis descendentibus nihil actum, nihilq. dispositum videatur, de se enim tantum loquitur prędictus Petrus de Altarriba, cum de venditione sibi facta, & de iure sibi quęsito, vel quod potuit sibi quęri pasim in eodem instrumento mentionem tantum fecerit, semperq. locutus fuerit per hęc verba: *Vendicion à mi fecha, derecho à mi ad*

quirido,

quirido, & alia verba similia, vn non videatur dubitandum de eius voluntate, voluit enim id quod potuit videlicet res pectu venditionis sibi factæ, & pro suo iure tantum, & suis recognoscere, & ius si quod eidem competebat renuntiare hęredesq. suos adstringere ad obseruandum prędicta; ius autem filij tanquam diuersum, & sęparatum intactum relinquęre, & illęssum pręseruare. Clausula autem de cancellando venditionem, & quod non faciat fidem in iuditio, neq. extra, & aliæ clausulę generales, quæ in eodem instrumēto recognoscimenti pro corroboratione dictæ confessionis, & renuntiationis apponuntur, necessario sunt referendæ, & referri debent ad id, quod in eodem instrumento per dictū Petrum de Altarriba respectu suæ venditionis, & proprio iure suo tantum, principaliter fuit actum, atq. in hunc modum sunt recipiendæ, & prout melius fieri posit adimplendo saluo remanēte iure filij, neq. ex hoc efficax ratio summi potest ad comprehendendum ius filio quæsitum, signanter cum principalem dispositionem extendere, vel ampliare non debeat censeri peæiudicatum, nisi per verba clara, & aperta id fuisse expressum, nec aliud voluisse in dicto recognoscimento dictū Petrum de Altarriba credendum est, quam quod potuit facere respectu sui iuris tantū, nō enim aliquid obstare potest eidem Don Francisco de Altarriba, etiam si fuerit hæres sui patris, quo minus ius ex propria persona cōpetens prosequi valeat, cum eius pater, vt dictum est, pro iure suo, & quod ex propria persona competeret, eidem poterat hæredes suos adstringere, ad non contraueniendum prædictis. Reijcitur autem propositio oblata, pro parte tutorum Ioannis Ludouici de Luna, quia non constat, quod in vim alicus fideicommissi, vel substitutionis fuerit vocata ad bona apprehensa Domnæ Esperantiæ Diez de Aux, a qua dicti tutores ius dicti pupilli deducere prætendunt, nec aliam ipsæ Ioannes Ludouicus de Luna, vincula enim quæ in eisdē bonis reperiuntur apposita pro super existētia filiorum euanuerunt descendentibus cū filijs, personis, qui-

bus

bus prædicta grauamina fuerunt opposita. Reppelluntur etiam propositiones oblatæ pro parte Nicalai de Escoriguela, quoniam bona apprehensa, quæ sunt de dominicatura loci de Alfocea, non fuerunt obligata per dominum eiusdem loci in censualibus, in eisdem propositionibus recitatis, neque aliqua ratio habetur de propositionibus etiam oblatis pro parte Don Francisci de Yxar, & eius vxoris, & Petri Torrellas, & tutorum Nicolai Torrellas eius filij: quoniam pro eorum parte non fuit facta publicatio in præsenti processu. Demum reicitur etiam propositio Andreæ Ximeno respectu comandæ centum & sexaginta mille solidorum Iaccensium, in fauorem Iacobi Lopez con cessæ, quoniam dicta comanda fuit vendita eidem Andreæ Ximeno, ad certos fines, de quibus in pręsenti processu non constat, vt patet ex tenore præfatæ venditionis, minusque habetur ratio de alijs in eadem propositione contentis, nec de alijs propositionibus in præsenti processu oblatis, quoniam de contentis in eisdem non constat, pro vt constare debuit. ET DICTVS DOMINVS LVDOVICVS de la Caualleria, fuit voti, & oppinionis, quod tenetur, & debet pronuntiare, & mandare fieri contenta in propositionibus oblatis pro parte creditorum in pręsenti processu contendentium, cum expensis, eos graduando secundum proprietatem suarum obligationum, & ordine, ac modis, & formis, quo per Dominum Hier. Perez de Nueros Relatorem, fuerunt in suo voto graduati demptis tamen illis verbis repetitis, videlicet iuribus Don Caroli de Heredia durantibus, & finitis iuribus supra dictorum contenta in propositione Don Caroli de Heredia principalis, A. Vazquez proc. iuribus suis durantibus: & eis finitis, contenta in propositione Domnæ Sperantiæ Diez de Aux prin. M. de la Naja proc. pręstita prius cautione forali respectiuè alijs propositionibus repulsis, reseruatis iuribus reseruari supplicantibus neutram partem in expensis demptis prædictis taxandis con-

 demnan-

demnando. EX EO presertim, & aliàs,recipiuntur propositiones Iuratorum loci de Herrera,& Nicolai Catalan Prin. Ioannis Villafranca Proc. Don Ludouici de Vrrea Prin. M. Antin Proc.& aliorum omnium creditorum iuribus eorum durantibus: & eis finitis, Don Caroli de Heredia Prin. A. Vazquez Proc.iure viduitatis; quoniam constat de iuribus & inclusionibus eorum respectiuè, & de dominio & possessione bona apprehensa obligantiũ,tempore quo illa obligarunt respectiuè in fauorem supradictorum,seu illorum,à quibus illius,& causam habent cum clausulis sufficientibus ad obtinendum in hoc iuditio,vt ordine,& modo quo supra iuxta prioritatem suarum obligationum,quorum propositiones recipi debebantur,tunc enim ex motiuis prædictorum Dominum relatorem,circa premissa,& quoad repulsiones propositionum aliorum creditorum prestitis, finitis eorum iuribus, recipitur propositio Domnæ Sperantiæ Diez de Aux Prin. M.de Lanaja Proc. quoniam ex meritis processus resultat, Don Ludouicũ de Heredia vltimo vita defunctum filium Don Caroli de Heredia, & Domnæ Elisabetis Diez de Aux coniugum, post mortem dictę eius matris,fuisse dominum & possessorem bonorum apprehensorum,vsq. ad tempus eius mortis, & decessisse abintestato sine filijs,nec descendentibus legitimis,& naturalibus.Tum etiam constat, quod dicta domna Sperantia Diez de Aux, est consanguinea propinquior ipsius don Ludouici,ex ea parte vnde bona descenderũt,nempè,*de los Diez de Aux*, & quod nullus alius propinquior,neq.ita propinquus cõsanguineusque illa, ex illa parte reperitur, de quo non licet dubitari,quo fit vt necessario asseuerandum sit bona apprehensa eidem iure successionis abintestato, secundum fori, & iuris dispositiones, omnemq. dicti don Ludouici successionem ad illam deuolui,& reuerti debere, prout declaratur. Neque predictis obstant, ea quæ pro parte don Francisci de Altarriba proponũtur, videlicet ius ipsi fuisse quesitum dictis bonis apprehensis, vigore instrumenti venditionis

tionis in processu exhibitis, & per dictam Domnam Elisabetam Diez de Aux, dominam & possessoram illorum in eius fauorem factæ, cum reseruationibus & conditionibus, ac modis, & formis in eo contentis, quæ omnia dicit esse verificata, & ob id titulo prædictæ venditionis prætendit bona prædicta illi restitui, & adiudicari debere, quoniam præfatam venditionem cum appareat factamq. fuisse pro fide, & pro cubierta, & quibusdā respectibus ad vtilitatem dictæ Domnę Elisabetis venditricis vt prædicta, & alia plura resultant per instrumentum recognoscimenti in præsenti processu exhibitum, concessum per Petrum de Altarriba emptorem dictæ Domnæ Elisabetis venditricis, dicendum est, ex tali venditione nullum ius dicto D. Francisco fuisse quęsitum, imaginaria siquidem fuit venditio, & pro non facta haberi debet, neque ex illa alienatio rerum, in earum cōtētarum intelligi potest. Neq. etiam obstat, si dicatur quod Petrus de Altarriba in dicto recognoscimento, & nominibus in illo contentis, solum egit de iure sibi pertinenti virtute præfatæ venditionis, non autem de iure competenti D. Francisco eius filio, cui ex gestis per partem non potuit inferri per iuditium in iure, iam sibi quæsito, nam ommisso quod non potuit pater disponere de iuribus, & bonis in dicta venditione contentis, & periudicare filio in iure ex eadem prætenso, quod posset substinere ex pluribus in processu deductis, & etiam quod venditio ipsi patri, & quibus ipse voluerit facta fuit, ex quibus verbis libera disponendi, facultas data, & concessa videtur, iuxta votum, & legem contrahentium, non obstantibus vinculis in ea appositis, cum non adsit expressa prohibitio, aliàs enim dicta verba nihil operarentur, quia dicti filij vocatio intelligi debet cū hac limitatione, scilicet salua licentia disponendi, ad libitum ipsi patri cōcessa, nihilominus tamen quod voluerit liquet, cum instrumenta literæ cognouerit, & confessus fuerit, generaliter prædictam venditionem, hoc est, instrumentum venditionis desuper calendatum, fuisse acquisitum in fide,

&

& por cubierta, & ad vtilitatem ipsius venditricis, quod sicut respectu Petri non probat, & est nullum, ita quod ad omnes in illo nominatos, tale esse debet cum vnica sit venditio vnum instrumentum, & fides illius indiuidua, & si inclusula, & verbis prędicti instrumēti recognoscimēti exactè perpendamus, & considerentur, notoriæ deprehenditur, quod voluerit Petrus de Altarriba, ne dum ius suum deducere, & illum remittere, & transferre in dictam Domnam Elisabetam Diez de Aux, agnoscendo bonam fidem, sed etiā ius ipsi don Francisco filio competens, qui cum hęres illius sitc, ontenti in eo contrauenire non potest; dixit enim dictus Petrus de Altarriba emptor prædictus in suo recognoscimento, volens cum sua fidelitate, & veritate ipsius domnæ Elisabettis Diez de Aux venditricis adimplere, agnoscensque bonam fidem, quam ipse solus sciebat, tanquam is cum quo venditio ipsa fuit inita, non autem filius quamuis emptor, cum esset infans, & quidquid videbat ignorabat, qui de simulatione instrumenti, nō poterat attestari, quod prædicta venditio fuit facta in fide, & pro cubierta, & ad vtilitatem ipsius venditricis, dictam venditionem calendādo, ex quo enim de tota venditione locutus fuit, ne dum de iure ipsi, ex illa, sed filio etiam competenti excogitauit, & vt omnes comprehenderent, possuit ista verba, *por mi, y los mios presentes, y aduenideros*, sub nomine pręsentium, intelligendo don Francisco, de quo & non de alio dictum verbum intelligi poterat, hoc enim casu attentis dispositis in venditione verbum *los mios*, de filio, & hęrede intelligendum est, sub qua promissione in principali parte dispositionis factæ, ne dum ius proprium, sed etiam filij censetur deductum, qui cum hæres sit, & probetur quam plura bona hæreditaria maximi precij, & valoris posidere, contrauenire non potest, nec sensui naturali conuenit voluisse patrem instrumentum respectu sui esse simulatum, & ad vtilitatem venditricis concessum, quo vero ad ipsum filium idemmet instrumentum nō simulatum, immo verum, & non ad vtilitatem

litatem dictę Domnæ Elisabetis, factum ipsamque veritatem non habere, si hoc enim solam dictus Petrus de Altarriba emptor præfatus voluisset, vtique bonam fidem, & veritatem non agnosceret, quod vt ex prohemio ipsius recognoscimenti colligitur causa finalis illius fuit, si enim prædicta venditio fuit facta ad vtilitatem dictæ Domnæ Elisabetis, impossibile videtur, quod ius filij non sit etiam comprehensum, quãdo enim venditio dici possit facta, & ad vtilitatem dictæ Domnæ Elisabetis, si ius Don Francisci exceptum, & non comprehensum fuisse dicatur, nam si ex vẽditione ius fuerit quæsitum Don Francisco, ergo non simulata, neque ad vtilitatem ipsius domnæ Elisabetis concessa fuit, hoc idem ex alia clausula manifestè deprehenditur ex hac videlicet attento, *aquella me fecisteys, y otorgasteys, en fe, y por cubierta, y en fidelidad mia, y en vtilidad y prouecho vuestro, y de los vuestros, y para facer y disponer en, & de aquellas, a todas vuestras proprias voluntades, como de bienes y de cosas vuestras proprias, &c.* Et si enim ius Don Francisci in dicto recognoscimento comprehenderetur frustratoria, & inania esse verba prædicta toties repetita, & alia similia in illo apposita, quod ab eius mente verbis expressis declarata prorsus alienum est attestatur, pręterea in dicto recognoscimento, quod non solbat tercentum mille solidos, precium dictæ venditionis, cum totam voluit recognoscere, nec partem aliquam dicti precij, cũ ergo loquatur de toto precio dictæ vẽditionis, cum totam voluit recognoscere nulla vẽditio enim simulata, nulloque interueniente precio, nulla iudicatur, ac insuper cum venditio ipsa facta fuerit Petro de Altarriba eius vita durante, & post eius mortem Don Francisco eius filio, & in venditione dicatur preciũ illius fuisse solutum ab ambobus emptoribus, ęquis portionibus, & non in solidum ab ipsis fuisse solutum intelligendum est, quare ex prædicta instrumentali confessione, & recognitione patris dicentis precium non esse solutum, ad minus quod probatio indicatur non esse solutum respectu suæ

partis,

partis, & portionis, infitiari non poteſt; igitur Don Franciſcus filius, non in integro precio ſoluto, in vim dictæ venditionis, cũ precium vnicum, & indiuiduum ſit actionem prætenſam intentare non poteſt partem ſiquidem precij, ſolutã per emptorem in rem venditam agi non poteſt, & ad maiorẽ expreſsionem ſuæ voluntatis, quod voluerit nedum circa ius ſuum, ſed etiam filij diſponere, etiam iuſsit dictam venditionem deſuper calendatã, in nota originali cancellari & deleri, per hæc verba: *Et quiero, y expreſſamẽte consiento, que la dicha y precalendada vendicion en eſta clauſula*, non dicit: *A mi fechà de los caſtillos, y lugares, &c. en la nota original do eſtà continuada, ſea legitimamente por el Notario aquella teſtificante, ò otro ſucceſſor en ſus notas, cancellada, y anullada, y quiere ſea auida por cancelada y anullada, bien aſsi como ſi hecha, ni teſtificada, ni penſada, ni otorgada no huuieſſe ſido; en tal manera, que en juyzio, ni fuera de aquel fee alguna no le pueda ſer cauſada, ni atribuydo.* Ex quibus manifeſtè deprehẽditur, cum voluerit venditionem caſari, nullamq. fidem facere, quod hoc voluit, non ſolum reſpectu iuris ſibi competentis, ſed etiam filij, & aliorum qui ex illa ius prætendere poſſunt, omnia comprehendens bonam fidem, & veram veritatem agnoſcendo, in præfato, quidem recognoſcimento verbũ venditio, pro inſtrumento venditionis ſumitur, quãdoquidem calendarium ipſius deſignatur, & dicatur per Notarium fuiſſe teſtificatum, & iubeat in nota deleri, quæ omnia in ipſa venditione, ſiue inſtrumento, non poſſunt verificari, & communis vſus loquendi, hoc habet vt contractus pro inſtrumento paſsim ſumatur, quare non video quod inſtrumentum venditionis ſit ſimulatum, & ad vtilitatem venditricis conceſſum, fide carens reſpectu patris emptoris, & quo ad filium in eodem nominatum idem inſtrumentum ſit verum, & ad ſui vtilitatem conceſſum, & hoc voluiſſe patrem poſsit ſeruari ex verbis dicti recognoſcimenti elici, cum annullandum dictum inſtrumentum voluerit, non ſolum ſibi præiuditium

inferre

inferre, sed etiam eius filio, & omnibus quibus poterat interesse, fides siquidem instrumenti indiuidua est, ob idque diuidenda non est, quod pro parte Don Francisci valeat, & pro parte eius patris non, nec refert quod venditio ipsa patri, & post eius mortem, Don Francisco facta appareat: ex eo enim non duæ venditiones, sed vnica tantum venditio censetur facta, cum vnum sit precium in ea contentum, & vnum instrumentum quamuis ex illo diuersis temporibus patri, & filio diuersa iura nascantur, sola enim diuersitas precij, inducitur diuersitatem venditionum, non autem rerũ, nec personarum, quando precium est vnicum, ac ita cum patri, & filio ex dicta venditione ius fuerit quæsitum confitendo, & asseuerando pater venditionem præfatam esse nullam, & simulatam, pariter cõfitetur simulationem, quod ad ius suum, sicut quoad filij, imposibile est enim dicere, quod de iure filij non cogitauerit, ex quo tam ius vnius, quam alterius in eodem instrumento venditionis comprehensum reperiatur, si enim de solo iure suo pater excogitasset, cum esset vir sagax, & prudens, ius Don Francisci filij excogitasset, aut saltim nõ tam late, nec per verba tam generalia omnia comprehendens recognoscimentum concepisset, & in eodem Domnam Elisabetam iura ex dicta venditione resultantia transtulit, quibus non refragantur si ex aduerso dicatur, quod Petrus de Altarriba solummodo confitetur simulationem, & alia de quibus in recognoscimento respectu iuris, sibi quęsiti relinquẽs intactum ius prædicto Don Francisco quæsitum. Ex eo quod plures locutus fuit per verba personalitatem ipsius Petri denotantia, scilicet, *la vendicion a mi fecha*, & alia similia, quasi ex hoc solum includere censeatur ius suum, non autem eius filij, quoniam præfata venditio fuit facta patri, & post eius mortem Don Francisco filio, tunc infanti, vel quatuor annorum, qui pater solus præsens contractui venditionis interfuit, & solo illius consensu venditio ipsa absoluta fuit, quique etiam suo proprio nomine, ac etiam filij illam acceptauit verbis formali-

malibus, & seruare contenta in eadem promisit: quare principalibus emptor, & acquisitor dictus Petrus fuit, non autē D. Franciscus, incapax ex propria persona alicuius acquisitionis, & inhabilis ad contrahendum, nimirum ergo si pater egit de dicta venditione, ita ac si cum eo tantum esset inita parui pendens nomen filij in ea adiectum, & ista etiam ratione in dicta venditione ipse pater solus ter vocatur emptor, quasi cum illo, & non cum filio dicta Domna Elisabeta contractasset, posita enim fuerunt dicta verba ad demōstrationem, non autem ad restitutionem, seu limitationem, quod & in dubio præsumitur, & prędicta omnia etiam cōfirmantur ex illa clausula in dicto recognoscimento apposita, nempè, *de todo el derecho, accion, possession, è dominio, q̃ yo, he, y tengo, y me pertenece en los dichos lugares, en virtud de la precalendada vendicion, y de la possession ciuil, natural y corporal, me espojo y fuera hecho, & de todo lo susodicho, y qualquiere derecho y accion, que en virtud de la precalendada vendicion, y a mi y a los mios agora, y en algun tiempo podria pertenecer en vos dicha señora Doña Isabel, transferezco, y transpasso, &c.* Quod est ac si dixisset pro iure, quod mihi de præsenti pertinet, & mortuo, filio, & eius descendentibus poterit pertinere prædicta omnia concedo, & alibi dicit etiam, *& aun prometo por mi, y por los herederos y successores mios en el sobredicho y precalendado recognoscimiento, y todas y cada vnas cosas en el presente instrumento contenidas, ratas y firmes tener, &c.* Ex quibus verbis notoriè colligitur, voluisse comprehendere ius Don Francisci, & eius personam, qui sub qualitate eius heredis fuerat facta venditio, sub illis verbis: *Y para en despues dias vuestros, a vuestro hijo, heredero, y successor en el lugar de Huerto*, quā venditionem ipse pater primo pro se, & etiam nomine filij sub dicta qualitate acceptauit, prædicta siquidem verba, nō executiua, sed merè dispositiua sunt, & vbi executiua dicerentur ampliant dispositionem, & quando expresim prolata sunt disponunt, vt in casu occurrenti contingit, vt

ex

ex verbis prohemialibus causa finali, & ratione dispositionem ampliat. Deducitur item ex illis verbis: *Para fazer y disponer en, & aquellos a todas vuestras proprias voluntades, como hariades antes de la precalendada vendicion:* quomodo autem potest dici ista verba posse verificari respectu interesse dicti Petri, quin etiam interesse omnium ex illa venditione ius prætendentium habere, comprehendant, aliter enim non posset dici, dictam Domnam Elisabetam liberè disponere posse de dictis bonis, sicut ante ipsam venditionem poterat, nam quæ vtilitas posset considerari in fauorē Domnæ Elisabetis, si venditio esset simulata respectu patris, & non respectu filij quandoquidem tam patris, quam filij ius ex illa competens non poterat sortiri effectum, nisi dicta domna Elisabeta venditrice præmortua, quia tamen vtilitas consistebat in potestate liberè disponendi de dictis bonis, sicut ante dictam venditionem dicta venditrix poterat, fuerunt adducta omnia prædicta verba, & alia in dicto recognoscimento contenta, ius nedum ipsius patris, sed etiam filij comprehendentia, nam in præfato recognoscimento, non solùm simulatio vēditionis continetur, sed iuris, si quod de facto ipsa in venditione transtulit, vel transferre potuit, translatio, & casatio ex dicta causa, ideoque non eget in simulatione, abundans enim dispositio, & iuris translatio nocere non debet, præmaxime cum ex ea melior conditio ipsius venditricis efficiatur pinguius ius in eam, & si de facto transferendo, & ad plenam voluntatem eius declarandum appossuit in dicto recognoscimento, latissimam clausulam euictionis promittens pro se, & suis in euentum malæ vocis, & contraditionis contentorum in eodem se daturum alia castra, pardinas, loca, & bona equiualentia venditrici, qui casus euictionis esset imposibilis, si de interesse tantum dicti Petri de Altarriba, & non eius filij intelligeretur, cum solum teneretur dicto casu resarcire damnum durante vita ipsius patris, qui ascendere nō poterat aliquo modo, nec in sumum valorem rerum venditarum, necessario ergo dicendum est, tam patris, quam

filij, & aliorum omnium præiuditium confideraſſe, alia etiã quam plurima poſſent conſiderari, & ponderari in dicto recognoſcimento, quæ conſulto ommittuntur. Ex quibus vnicuique rectè intuenti manifectum fuit dictum Petrum de Altarriba, non ſolum ius ſibi competens, ſed filio, & eius deſcendentibus deduxiſſe, & de iure Don Franciſci, & aliorum omnium eius ſucceſſorum ipſis quæſito verbis claris cogitaſſe, pariterq. diſpoſſuiſſe, ac de iure ſuo proprio, aliter enim voluntas de diſpoſitione dicti petri non poterat adimpleri. Ex quibus omnibus ſupradictis neceſſario infertur, quod præſens cauſa cum iuxta forum *a vezes*, debeat iudicari per titulum, & nulla impoſitione legitima poſt mortem vltimi poſſeſſoris exiſtente debeat obtinere is qui potiorem titulum habuerit, & de legitimo titulo ſucceſsionis abinteſtato Domnæ Eſperantiæ Diez de Aux, notoriè conſtet, de quo non licet dubitari, nec non inficiatur, & contra titulum venditionis, quo Don Franciſcus ſe includit ſimulatio, fictio, nullitas, contractus, & inſtrumenti, & alia de quibus in recognoſcimento obiciantur, quod potior in titulo eſt habenda dicta Domna Eſperantia Diez de Aux, quam dictus Don Franciſcus ob idque obtinere debet, quod ipſa mera veritas, & ęquitas caſus contingentiæ, & rei geſtæ ſugerunt, quæ præferri debent cuicumque rigori iuris, & a iudicibus modis omnibus amplecti, quidquid etiam de ſumo iuris rigore procedunt, quæ ſupradicta ſunt merito ergo dictæ Domnæ Eſperantiæ propoſitio recipitur, & ipſius Don Franciſci repellitur. ET DICTVS DOMINVS IOANNES DE PVEYO Regij Cõſiliarius, fuit eiuſdem voti & opiniones cuius fuerũt dicti Domini Hieronimus Perez de Nueros Relator, & Ioannes Ram Regius Cõſiliarius, ex eiſdem motiuis per eos deſuper præſtitis. ET DICTVS DOMINVS DIDACVS CLAVERO, Regens Cancellariam, præfatus fuit eiuſdẽ voti, & opinionis, cuius fuit dictus Dominus Ludouicus de la Caualleria Regij Conſiliarius, ex eiſdem motiuis per eundem Dominum Ludouicum de la Caualleria præſtitis.